



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

Melanchthon, Philipp

1559

VD16 M 3567

Oratio de Gratitudine, digna cum bonis uiris omnibus, tum uerò præcipuè
bonarum artium, ac literarum studiosis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34734

Quantā hæc uim habeant, in ecclesia exemplo facile cōspici potest. Reliquæ sunt multæ et graues disputationes hoc in loco Platonis, quas omitto, & totam hanc causam diligentius explicandam doctissimo uiro D. Decano commendo. Dicitur

ORATIO DE GRATITVDINE
M. Alexandri Alesij Scoti, Decani, in promotione Magistrorum, Anno
M. D. XXXIII.



Rsi aliorū consilium, qui in loco de uniuersa philosophia deq; omni ratione studiorum grauisimè dicere solent, non agnoscere probo: tamen quam in hac ingenij mei infirmitate intelligebam me

posse tantarum rerum uarietatem oratione describere, constitui de una quadam uirtute dicere. Quam uirtutem magna cum bonis uiris omnibus, tum uerò præcipue harum nostrarum artium, ac literarum studio, uidelicet, de gratitudine: quam ut deligerem, non solum publica causa adductus sum, et si magno opere opto eam, cum uerè sit maximarum uirtutum nutrix, ab omnibus summo studio coli, uerum etiam quædam me privati ratio commouit. Et tunc cum per iniuriam me patria pulsus, ueniente

Gratitudo maximarum uirtutum nutrix.

huc ex alio orbe, summa humanitate hospitio exceperitis, & annos iam aliquot amanter tegatis, ualde laborandum mihi putauit, ut extaret aliqua gratitudinis meae significatio.

Caius Cæsar insignè hospitalitatis laudē tribuit Germanis, hęc ego in his meis erroribus, et exilio meo cõperi, uos et ueteri instituto retinere, et in hac urbe præcipuè exerceri pio quodã Christiane religionis studio, quæ inter cæteras uirtutes hospitalitatē coli præcipit, et amplissimè laudibus ornat: Quare gratiam hoc nomine habeo huic publicæ dicendi cõsuetudini, quod aditũ mihi ad uersos uos patefacit, et occasionem præbet diu optatã, uicissim meae uoluntatis declarãdæ. Aptissimum igitur hoc argumentum meae personæ esse iudicauit. Deinde nõ solum orationem meã, sed etiam exemplum arbitrabar profuturũ esse, exuscitandi aliquos ad gratitudinem maiori diligentia præstandã. Agnosco autẽ me neq; de uirtute ipsa, neq; de uestris meritis pro dignitate dicere posse, sed spero uos pro cãdore uestro officiũ hac in re meum probaturos esse, etiã si eloquentia desideretur. Quare uos etiã atq; etiam oro, ut hominis peregrini orationem bona cum uenia audiatis, id beneficium etiam inter cætera, quæ mihi à uobis liberalissimè tribuuntur, grato animo recensebo.

¶ V Scitis

Germanorum
hospitalitas.

Vox naturæ
de gratitudine

Scitis autem adolescentes, nullum officium ius-
us, ac magis necessarium esse, quàm habere grati-
am benemeritis. Hæc enim una vox est non solum
eruditorum omnium, sed ipsius etiã naturæ, quæ
mutuis officijs homines inter se deuinctos esse
luit. Quare ingrati cum hæc naturalia vincula
societatis humanæ dissoluant, ipsi naturæ bellum
inferre iudicandi sunt. Et si autem hæc ipsa natu-
ræ lex diuina quædã uox est mentibus hominum
in scripta, tamen & in sacris literis extant clari
præcepta, quæ nos ad colendã gratitudinem ter-
tantur, & quidem gratis præmia, ingratis uero
pœnas diuinitus proponi docent. Sic enim scri-
ptum est: Non recedet malum à domo ingrati.
Quare non solum natura ingratos tanquam im-
mania monstra odit, & execratur, sed etiam ur-
get eos Deus iustissimis pœnis.

Sacrae literæ.

Proinde si naturam aspiciemus, et quasi euolu-
mus animos ipsi nostros, si sacras literas consule-
mus, nõ solum uidebimus, quãtum habeat ingra-
tudo sceleris, sed etiam cõstituemus, non esse dubi-
tandum, quin Deo pœnas ingrati daturi sint. Hæc
si cõsiderabitis, ut uos præsertim decet, qui ad ip-
dia uirtutũ adhibiti estis, statuetis uos, et ut Deo
et naturæ pareatis, cum erga alios, tum maxime
erga præceptores uestros, et hanc Academiã ge-

tos esse debere. Etenim cum nullum sit maius be-
 neficiū in terris, quā ueritatis, & recte doctri-
 ne communicatio, profecto nullis plus debemus
 quā his, quorum labore, fide, ac liberalitate res
 tanta, tanquā in uita necessariē nobis cōtingunt.
 Neq; enim ignoratis, uitā sine literis, sine religio-
 nis scientia, sine antiquitatis noticia, sine aliqua
 nature atq; honestorū officiorum cognitione, nō
 solum incultā, sed planē miserrimā fuisse. Deniq;
 etiam pecudum uita optabilior fuerit, quā homi-
 num, quamlibet affluentium omnium rerū copia,
 si cum illis tenebris coniuncta & impijs illis
 erroribus, & uitijs ageret. Itaq; facile iudicari
 potest, plurimum nos debere illis uitæ ducibus,
 qui nos in lucem ex obscurissima caligine educūt,
 & bene beateq; uiuendi rationem monstrantes,
 maximis erroribus animos nostros liberant.

Vetustas diuinos honores decreuit illis, qui fru-
 ges & meliorem uictum hominibus ostenderunt.
 Sed si recte aestimamus uera bona, multo melius de
 nobis merentur, qui optimarum rerum doctrinā
 nobis patefaciunt ac tradunt. Et si ego quidem ue-
 terum historias ita interpretor, non uictum, sed
 uiuendi leges et disciplinam a summis quibusdam
 uiris traditam esse, qui postea frugum inuento-
 res uocati sunt, ut significaretur, non minus ad
 tuendam

Præceptorū
 bus maxima
 debetur grati-
 tudo.

Frugum inue-
 toribus quare
 diuini honores
 attribuit.

tuendam uitam necessarias esse literas atq; artes,
quàm fruges ipsas. Nec fieri potest, si uim ac di-
gnitatem literarum intelligimus, quin pariter et
artes, et Doctores artium amemus, per quos hec
coelestia munera diuinitus ad homines propaga-
tur. Nam illud etiam nobis considerandum est, si
solum debere nos præstantibus Doctoribus pro-
pter assiduitatem, diligentiam, fidem, & ceteras
uirtutes, quæ in Doctore fideli requiruntur, sed
quoniam nulli sunt artifices, nisi diuino quodam
afflatu, bonos doctores, uelut numina caelo demis-
sa, & ut Plato uocat, tanquam Dei interpretes
uenerari debemus. Erratis enim, si artes reperiri
esse, nisi Deo monstrante, aut cõseruari posse cre-
ditis, nisi Deus artificum ingenia exuscitet. Quod
si in paruis artibus, in Musicis, ac Poëtis opus est
diuino motu, ut Poëta inquit:

Est Deus in nobis, agitante calefcimus illo.
Quãtò magis opus est diuino afflatu in illis sum-
mis artibus, in explicatione religionum, in eruditi-
onis causis naturalibus, in inquisitione motuum celestium,
in legibus et uitæ officijs tradendis, in forma
da oratione. Itaq; ut cetera sacra res, ita et boni
Doctores singulari honore afficiendi sunt. Et si in
his ad industriam accedunt cetera uirtutes, dexte-
ritas in docendo, fides, assiduitas, qualis debet esse
nutritio

Doctores uelut
numina.

nutritionis, his uerò par gratia reddi nulla potest. Nam si qui tales sunt, uitam discipulis impendunt, propterea quod non sine maximis curis, ac laboribus assiduitas illa præstari potest. Quid? quod interim negligenda est rei familiaris procuratio, perpetiēda odiā improborum, qui literas, qui religionis doctrinam, qui cæteras artes hostiliter oderunt. Videmus enim quæ sit uulgi natura, quod fastigium sapientiæ in eo collocat uno, quod ait Horatius:

Vulgi natura,

Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulchris Diuitijs parent.

Præterea Tyranni natura Philosophos oderunt, Tyranni. Neq; uerò tot difficultates, tot labores, tantaq; pericula boni uiri, qui possessionem literarum in scholis tuentur, susciperent, nisi eos ut id facerent, quædam uis amoris et erga uos, et erga Rem pub. hortaretur. Neesse est autem plus quàm ferreis animis præditos esse eos, qui et beneficijs affecti summis, et amore uerè patrio inuitati, non redamant præceptores.

Cum igitur uobis hoc quidem tempore, adolentes, magna fide ac dexteritate tradatur in hæc schola diuinæ atq; humanæ literæ, primum dabitur operâ, ut beneficij magnitudinem intelligatis, deinde ut præceptoribus grati sitis. Dei beneficio

hæc

Theologia in
hac schola pu-
rissima.

hæc schola multis doctrine Christiane locis mag-
nâ lucem attulit, ac uix alibi usquam purius ac
simplicius explicatur doctrina Christiana. Ad hæc
omnes Philosophiæ partes proponuntur, et cum
Physicæ, quam sic uocant, habetis, tum etiâ opor-
tundantur causæ cœlestium motuum, quæ est omnium

Philosophia.

partium Philosophiæ longè præstantissima, et ut
Aristoteles inquit, maximè cognata diuinitati. Ad
que hæc Philosophiæ partes eo magis amandæ sunt,
quod plurima monstrant, et clarissima uestigia di-
uinitatis in natura, quorum animaduersio maxi-
mam profectò uim habet ad excitandos animos,
ad religionem, et ad omnia uirtutis officia.

Artes dicendi.

Nec desunt artes, quæ formant iudicium de ratio-
ne dicendi: et ad hæc adhibentur optimi auctores
Græci et Latini, non solùm, ut genus sermonis illor-
um imitemur, sed etiâ ut inde rerum cognitio-
nem, philosophiâ, antiquitatē, historias petamus.
Nec uerò uideo quid adolescentiæ proponi melius
atq; utilius ad solidam eruditionem comparan-
dam et ad formandâ iudicia possit. Satius est enim
profectò uersari in Mathematicis, in Aristotele,
Plinio, Alberto, Pontano, Demosthene, Homero,
Sophocle, Vergilio, Liuiò & similibus auctori-
bus, quàm in Tartareto et huius farine cæteris,
qui et præstantissimæ Philosophiæ partem nõ at-
tingunt.

figerunt, et illam quam profitentur, ut nihil aliud dicam, inutilibus disputationibus obruunt.

Habetis et disputationes, in quibus iā annis a
 liquot uidimus explicatas res ad uitā utilissimas.
 Non enim proponuntur inanes λογωμαχίαι, in
 quibus tantū de uocibus rixandū sit, sicut inter se
 corui cōtendunt, libet enim uti Galeni uerbis, sed
 agitur cōtrouersia, quæ forment iudicium de re
 ligione, de Philosophorū sectis, de fato, de finibus
 bonorum, de causis cœlestibus, et similibus locis.
 Utinā uerò diligentiae præceptorum in disputationi-
 bus uestra sedulitas responderet. Nā in hac par-
 te præcipue deesse uobis adolescentes ipsi uide-
 ni, eaq; causa est, ut et præceptorum studia fiāt ad
 disputandum languidiora. Magna uirtus, egre-
 ga doctrina atq; humanitas est, et in aliarum pro-
 fessionum Doctoribus, Iureconsultis & Medicis.
 Deinde nō solum doctrina præceptorum fruimur,
 sed multis etiā alijs officijs singuli utimur. Qua-
 re, ut aliquando finia, adhortor uos, ut quod est
 iustissimum et humanissimum, detis operā, ut præ-
 ceptorum erga uos beneuolentiæ, meritis, labori-
 bus, assiduitati, gratitudo uestra respondeat.

Aristoteles scribit Græcos tēpla Gratiarum in
 medijs urbibus condere solitos, ut ciues mutua be-
 neficiā atq; gratitudinis admonerentur. Ita et

Disputationes

Tēpla Gratiarum apud Græcos.

uos in medijs scholis collocata gratiarum templa
existimate, cum de gratitudine auditis concionan-
tes et sacros libros, et auctores qui uobis enarra-
tur. Scholas enim decet esse officinas, ut ceterarum
uirtutum, ita maximè gratitudinis. Nullum enim
uirtutū magis pugnat cum natura et societate ho-
mani generis, quàm ingratitude. Nec de nihilo
est, quod dixerunt ueteres: *Dixeris maledicta est*

Gratitudinis
exempla in be-
stis.

*ta cum ingratum dixeris. Quid quod etiā in-
niſimis beluis indita sunt gratitudinis simula-
chra? Meministis leonē in circo reddidisse grati-
fugiuo, à quo uulnus ipsius curatum fuerat: Tur-
pissimum autem est nobis uinci iustitia et pietate
à beluis. Laudantur et ciconiæ, in quibus pulli
dultis, quæ per ætatem nequeunt pabulatum ex-
re, cibos afferunt. Ita uos quoq; meminertis
πελαγοντέον, hoc est, mutua pietate colendos
que fouendos esse præceptores bene meritos.*

Postremo gratitudine impetrabitis, ut Deus
gis fauceat studijs uestris, eaq; ad salutem uestram
et totius Reipub. gubernaturus sit. Vt enim ingra-
tos haud dubiè puniet, ita gratos amat ac tuetur.
Videtis quàm ingens præmium addiderit quærenti
præcepto: Honora patrem et matrem, ut sis loco
gæuus super terram, hoc est, ut totius uitæ con-
sus faustus ac foelix sit. Idem locus concionatur

Quarti præ-
cepti præmium.

de officio erga praeceptores, qui cum succedant in parentum munus & curas, loco parentum habendi sunt. Et si rectè estimamus, maiora beneficia à bonis doctoribus, quàm ab ipsis parentibus accipimus. Nam doctrina religionis & aliarum honestarum rerum longè præferenda est ipsi uitæ. *De officio.*

Rectè igitur Iuuen.

Dij maiorum umbris tenuem & sine puluere terram,

Spirantesq; crocos, et in urna perpetuū Ver,

Qui praeceptorem sancti uoluere parentis

Esse loco, &c.

Quare non minus crudeles sunt ingrati aduersus praeceptores, quàm qui parentibus ingrati sunt.

Hec autem impietas præcipuè à Christianis abesse debet, in quibus uel maximè eminere gratitudinem oportet, ut intelligantur etiam Christo grati esse pro ijs beneficijs, quæ ab eo infinita quotidie accipimus.

Hec sæpe muleumq; uobis cogtanda sunt adolecentes, ut animum ad gratitudinem excitetis: quod si feceritis, simul illud assequemini, ut literarum atq; artium uim magis intelligatis. Cum uidebitur expeditis beneficiorum magnitudinem. Deinde *Gratitudo* gratitudo flectet animos etià ad cæteras uirtutes: *fontis iusticiæ.* Est enim fons iustitiæ. Libētius etià ac facilius patrebitis

s rebitis

rebitis præceptoribus, si & uos ab ipsis amari-
telligetis, & uicissim eos redamabitis. Talem au-
tem Academiam, qualem uos habetis, ubi tanta di-
scendi facultas est studiosis, ubi uerè sunt fores,
dicitur, & φθονος musarum, non amare, animi quæ-
dã literis & ab humanitate abhorrentis: Vos uero
tem parentum autoritate, hoc est, diuina autori-
tate huc missi estis, ut & literas percipiatis, &
animos ad uirtutem et humanitatis officia aduocatis.
Eaque in re non solum uestræ saluti conspu-
tis, sed etiam à Rep. uos in hac statione collocatis,
putate, ut olim ex studijs uestris aliqua ualeat
litas, et ad ecclesiã et ceteras Reip. partes. Ob
putatis esse scholã, sed mihi credite, in ges negotia
sustinetis, et quod ad uniuersam Rempub. attinet.

Quare uos hortor, ut propter gloriam Dei
salutem uestram, officium uestrum studiose dilige-
terque faciatis. Inuitabit uestra gratitudo præ-
ceptorum studia, ut et instructiores ad docendum
cedant, & magis sint assidui. Reliquum est ut
ego gratias agam amplissimis & doctissimis
pro beneficijs in me priuatim collatis. Quæ
autem hæc commemoratio leue officium uidetur
tamen quoniam significationem aliquam habet
gratæ mentis, præsertim cum fiat in loco pu-
blico, non duxi eam esse prætermittendam.

Gratiarum ac-
tio auctoris.

Cor autem ueracundius de uestris meritis dicere,
 propter molestiam uestram. Tantum illud dicam,
 me libenter profiteri, non minus me uobis debere,
 quam meis parentibus. Itaq; uobis & habeo gra-
 tiam, & polliceor me, sicubi potero, re ipsa decla-
 rare animi gratitudinem, summa fide daturum o-
 peram, ut intelligatis me officio meo non defuisse.
 Scitis Deo grata esse hæc officia, quæ in hospites
 conferuntur. Nam cum in mundo uniuersa ipsius
 Ecclesia exulet, postulat, ut communes exilij eru-
 mnas mutuis officijs, mutua beneuolentia leuemus
 ac mitigemus. Orabo itaq; Christum, ut uos quo-
 que defendat ac gubernet in his communibus peri-
 culis. Dixi.

ORATIO DE INGRATITVDINE

Cuculi, habita in promotione Magistrorum,
 à Decano, Magistro Ambrosio Iuter-
 bocensi, Anno

M. D. XXXVII.



Citis Adolescentes, hos cætus disci-
 plina causa institutos esse, ut con-
 ueniant huc illi, qui præ sunt Aca-
 demia, ad inspicienda iuuentutis stu-
 dia, et reliqua multitudo suo officio
 declaret, se delectari his cōgressibus, in quibus &
 s ij doctis